6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Johann Frick.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 28.12.1718

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-21356

32. A 172 an Frik Ulm 28 XII 1718 38

Vir Plurimum Reverende,

In Christo Frater dilectissime, æstimatissimeque,

Perlata ex Svevia vestra ad manus meas est
scripta quaedam relatio de re cum B. Principe Sa-
xoniæ, Mauritio Wilhelmo, in negotio religionis
hoc anno paucis ante obitum ejus mensibus gesta.
Eam quum animadverterim multa falsa conti-
nere in animum induxi veram facti speciem
Tibi, Theologo rerum, quae ad publicam Eccle-
siæ causam pertinent, inprimis curioso, trans-
mittere. En illam igitur compendio, ut tule-
runt res meæ, expositam. Spero hoc quidquid
est officij Christiani gratum et acceptum Tibi
fore. At metus animum meum subit, ne relatio
haec in manus bibliopolæ alicujus incidat, qui
eam forte lucri causa typis subito committat,
quod sane minime velim. Rogo Te igitur, quan-
tum possum, enixissime, ut si scriptum hoc cum aliis
communices, rem omnem pro Tua prudentia
et pro Tuo erga me amore, ita gubernes,
ut de ejus publicatione securus esse pos-
sim.

sim. Quodsi enim temporis et rei ipsius ratio aliquando permittat, ut emittatur, operam dabo, ut multo amplius, accuratius et meliori ordine omnia enarrentur. In iis, quae amicorū oculis privatim exhibentur, multa festinationi et occupationibus ἀκρίβειαν impedientibus condonari solent. Vale et Collegas, interque eos Vener. Seniorem ac Fratrem Eliam, Patronos item amicosq; meis quaeso verbis officiosissime humanissimeque saluta, quos etiā una tecū voto omnis prosperitatis his praesertim Novi anni auspiciis ex animo et prolixissimo affectu prosequor

Tui maxime reverendi
nominis

Cultor observantissimus,
Tibiq; addictissimus

Hal. d. 28. Dec.
1718.

Augustus Hermannus Francke.

A Mons. Jean Frick
Prof: en theol. et Predicateur de la cathedrale à Oulm.